o Mercatus. à non domino bona fide. p Aedes. i. hoc totum integrale. Accursius. q Possidere. vt. §. tit. j. l. qui vniuersas. in princ. Accursius. r Accedit. scilicet quod non possideam singulas res. f Eo. id est ideo. t Singulas res. i. singula cæmenta & tigna. Accursius. u Superficiæ. vel huiusmodi rerum quæ superficiem cōstituunt: sicut sunt tigna & lapides. Accursius.

o Mercatus. à non domino bona fide.

p Aedes. i. hoc totum integrale. Accursius.

q Possidere. vt. §. tit. j. l. qui vniuersas. in princ. Accursius.

r Accedit. scilicet quod non possideam singulas res.

f Eo. id est ideo.

t Singulas res. i. singula cæmenta & tigna. Accursius.

u Superficiæ. vel huiusmodi rerum quæ superficiem cōstituunt: sicut sunt tigna & lapides. Accursius.

*Accedit.

† Erit vt dicas in poss.

* Possessio- ne tēp. im- mob. re. do- minium mu- tet.

a *Ex empto*. non ex stipulatu, cum nec tota nec quora pars rei sit euicta: vt. s. de euict. l. naues. quæ est contra. sed magis emptori maioris partis accessit: vt. s. de contrahen. emp. l. in modicis. & facit. s. de actio. em. l. emptor. s. si quis rem. Alij quod hic nominatim de columna fuit in venditione dictum. Alij quod hic fuit exempta ante euictionem, ibi non. Alij quod hic quanto minoris: nõ illa ex empto pro euictione datur.

b *Constitutum*. scilicet triennij.

c *Usucapiantur*. tigna & cæmenta.

d *Vti. i. dici*, vt procedat usucapio quæ non procedebat.

e *Possedisti*. dum extat ædificium. & literam sequentem recte lege: & ibi, continent & c. subaudi, intelliguntur possideri, & usucapiantur. vel sic coherentibus & c. vsque illuc, continent penes te & c. & sic dictio nec, non negat verbum fuerunt: sed participium, coherentibus & est idem sensus semper.

f *Quæ. ædes*.

g *Ipsam continent*. tigna & lapides.

h *Res*. quod esset si diceret durante ædificio usucapi res singulas, cū tunc vt immobiles censeantur.

Vbi lex.] CASVS.

Duo dicit. Et primo pone exemplum: possideo rem furtiuam. nõ possum eam usucapere etiam si bonam fidem habeam. [INTERDV M.] Euenit aliquando quod res quæ non potuit defunctus usucapere, vt quia sit furtiua: vel si erat res fisci, nunc desit esse eius, vel desit esse furtiua, usucapiatur ab herede. Fran. Accursus.

i *Usucapionem*. ratione vitij: vt institutio. eo. s. furtiua. vel defectus tituli: vt. C. pro donato. l. fi.

k *Nihil prodest*. sed ad fructus prodest: vt. s. titu. ij. l. bonæ fidei. in prin. Item obiicitur de fundo dota. vt. s. de fundo dota. si fundū. Sed lex Iul. prohibet inchoari: non inchoatam perfici. Item obiicitur de re minoris sine decreto alienata, quæ tamen usucapitur. C. si quis igno. rem mi. l. j. & pen. Sed illud postquam cœpit esse maior: vt ibi in. l. j. & si. arg. tamen contra supra eo. sequitur. s. de illo. vbi initium dicit inspici: sed illud cum agitur de personæ vitio. l. bona vel mala fide, non vitio rei: vt. j. prox. s. quod vtrique quadam occulta continuatione coniungitur. Vel dic, referre expresse prohibeat lex vsuca. vt hic: vel tacite, vt ibi. Nam per hoc quod alienatio rei minoris prohibetur: per consequens & vsucapio tacite: vt. j. de verb. signifi. l. alienationis.

l *Ex persona*. ergo si ex persona, obstat: licet purgatum: quia fingitur nec purgatum: vt si extraneus succedat scienti rem alienam: licet M. contra. vt not. s. de Publi. l. si ego. s. partus. pro M. est. j. de diuer. præscrip. l. an vitium. & s. eo. l. sequitur. s. fructus.

m *Deserit*. quæ usucapi non poterat.

n *Vt possessa*. sed quomodo re durante in eodē statu purgari potuit vitiū: nam poss. ad dominū reuerti debuit? Rñ. in re furtiua vel vi possessa dic q̄ p̄stita est litis æstimatio: vt. s. eo. l. sequitur. s. tunc. In fisco dicā quod dominū in alium trāstulit per inductionē in poss. licet nõ possideret: vel sine possessione: vt & aliàs fieri potest: vt & s. tit. ij. l. homo liber. in fi. & de fundo do. l. si fundū.

o *Sine possessione*. vera vel ficta, propter id quod dicitur. j. eod. l. iusto. s. fina. & hoc inspecto initio. finitur enim quādoque sine possessione: vt. j. eo. l. rerum mixtura. & j. eo. l. cœptam.

p *Nunquam superficies*. æquiuocū est. nam superficies. i. domus & ita hic: quæ non possidetur sine solo: vt. s. eo. l. eū qui.

Item ius quod superficiarius habet: & hoc usucapitur: vt not. s. de Publicia. l. cum sponfus. s. in vectigalibus. & facit. j. de actio. & obliga. l. obligationum fere. s. placet. Item argu. contra. j. vti possi. l. si duo. s. Labeo.

Celsus.] **CASVS.** Si possideo rem alienam tanquam emptam, & in veritate non emerā: vel tanquam donatā an usucapiā querit. Et quidam dicebant q̄ sic. tamen falsum est. oportet enim quod emerim ad hoc vt usucapiā. nā neque potest quis possidere & usucapere titulo pro donato, vel legato vel pro dote, si nulla dos interuenit. idē & si possideam rē quasi soluissem litis æstimat. nam non usucapio nisi vete soluissem eius æstimationem. Frā. Acc.

lus de Castro.

Interdum etiam si nõ fuerit inchoata usucapio à defuncto, procedit heredi eius: veluti si vitium quod obstat non ex persona, sed ex re, purgatum fuerit ex re, vt puta si fisci res esse desierit, aut furtiua aut vi possessa.

XXV. LICINNIUS RVFINVS
libro primo Regularum.

Sine possessione usucapio contingere non potest.

Si solum non potest præscribi: nec etiā præscribitur superficies. Paulus de Castro.

XXVI. VLPPIANVS libro vicen-
simono ad Sabinum.

Nunquā superficies sine solo capi longo tēpore potest.

Qui putat se habere titulum errore iniusto, non usucapit: secus si iusto. Bartolus.

XXVII. IDEM libro trigesimo-
primo ad Sabinum.

Celsus libro trigesimo quarto errare eos ait, qui existimarent, cuius rei quisque bona fide adeptus sit possessionem, pro suo usucapere eum posse. nihil referre, emerit, necne: donatum sit, necne: si modò emptum vel donatum sibi existimauerit: quia neque pro legato, neque pro dona-

soluto: vt infra pro soluto. l. iij. & pro suo. l. hominem. Item pro dote: vt. s. de iure do. Proculus. quæ sunt contraria. Solu. secundum M. & Azo. speciale in prædictis, nec trahitur ad alios titu. vt. s. de leg. & senatuscon. l. quod vero. quod non placet: quia & hic expressim vetat de quibusdam prædictis specialibus. Alij dicunt quod titulo pro suo potest: vt in contrariis: nõ speciali vt hic. nec hoc placet: quia & illud pro suo hic vetat Celsus. dic ergo, si iustam habeat causam æstimandi: obtinent contraria. si non, obtinet quod hic dicit Celsus. illi autem quos Celsus reprehendit, dicebant etiam si non esset iusta causa ignorantia, habere locum usucapionem. In emptione tamen etiam iustissima causa est necessaria: cum & duobus temporibus ibi bona fides exigatur, in aliis autem prædictis sufficeret iusta: vt infra pro so. l. iij. & erit hoc verum in quolibet alio titulo vbi cūque sit iusta causa: vt tamen vbi in vero titu. est necessaria traditio ad vsuca. & hic sit necessaria quando creditur subesse titulus. vbi vero aliàs non est necesse: vt in titu. pro legato, & pro herede, quibus queritur dominium sine traditione: nec hic sit necessaria traditio: apprehensio tamen est necessaria: sine qua non procedit usucapio: vt. j. p. suo. l. hominē. & pro soluto. l. si existimans. & pro legato. l. si non traditam. & j. eo. l. non solum. s. quod vulgo. & s. eo. l. sine. Sed cur sufficit putare causam habere: non autem sufficit habere traditionem ad hoc vt usucapiat? Respon. ne plus operetur hic opinio falsa circa traditionem, quàm facit vbi verus subest tit. Item & quia in traditione exigit bona fides: vt. j. pro soluto. l. iij. quæ non potest adesse si traditio abest. sed cum in venditione exigatur etiam tēpore contractus bona fides: quomodo potuit adesse si ipse cōtractus non est, quantumcumque iustum habeat errorē? Respon. speciale, & hac ratione iustior ibi error exigitur quàm in aliis cōtractibus. Nūquid ergo si in traditione interueniat iustior, poterit usucapi? Rñ. forte sic. non autem dicas q̄ plus operetur fictio in contractu quàm in possessione: quasi in possessione sit factum contra ius: quia & contractus facti sunt: vt. s. de cura.

a] Bart. hic dicit istam gl. fore singul. ad hoc propositum, qd vbi cūque à lege communi vel municipaliter prohibetur alienatio alicuius rei: etiā intelligitur prohibita vsucap. con. cor. gl. in. l. r. C. si aduer. vsuca. gl. in. l. alienationis verbo. j. de verbo. signifi. Bolog.

furi. l. consilio. §. quæsitum. Item quo titu. fit hæc vsucap. quidam pro suo. argu. j. pro suo. l. si ancillam. in fi. & s. de iure do. l. Proculus. Tu dic eo titu. qui præsumitur propter errorem: vt. j. pro emp. l. quod vulgo. nihilominus & tit. generali pro suo, non illo qui in subsidium datur: quia bene dico eos errare.

a *Æstimatione placet. vt & infra pro emp. l. iij. & facit. C. pro dona. l. fin. & j. pro emp. l. j. & insti. tur. de vsucap. §. error. & argu. s. de re. eo. l. qui neque.*

b *Non possit. nisi & hic iustus adfit error: vt dixi in aliis titulis modò.*

c *Si seruo. Tradita. ex causa peculiari. aliàs nõ procederet vsucapio: vt. s. eo. l. Labeo. quæ est contra. Vel dic vt ibi. & facit. s. titu. j. l. quamuis. in fine.*

d *Eum. seruum.*

e *Eas personas. s. furiosum & infantem.*

f *Constat. vt. s. titu. j. l. j. §. item adquiremus. & §. per eum.*

C *Um solus heres.] Leuis est. & dic vt in glossis. sed quia scholaris rudis forte dubitaret etiam in planis glossis, ideo sic pone casum in terminis. CASVS.*

Ego solus eram Titio heres: & totam hereditatem possidebam. cum te crederem coheredem, tradidi tibi dimidiã rerum. quæritur, an eã vsucapias? Respon. quòd non. nam titulo pro herede non: quia non fuit tibi continuata possessio à testatore, quod est opus: immo ego in medio possedi. nec alio titulo nisi ex causa transac. dedissem tibi. & sunt hæc vera, siue sciebas te coheredem: siue non.

Franciscus. Accursius.

g *Cum solus. id est in solidum. Accursius.*

h *Heredem esse. suu. cum tu scires te non esse heredem pro parte.*

i *Pro parte. diuisa vel indiuisa.*

k *Nõ possis. quia nec es heres. nec iustam causam credendi habes. ratio autem quæ subiicitur, nulla est: quia idem esset & si ab alio vel nullo. Itẽ nec qui transigit, est heres: & tamen vsucapit, vt subiicit. & hoc secundum quosdã. Alij quod ideo non vsucapit, quia ab alio titulum, vt à defuncto: ab alio possessionẽ habes, vt à me: quod tamen in aliis contractibus non nocet: vt. s. e. l. si is qui. §. si quis bona. & j. pro emp. l. ij. §. si à pupillo. & §. à furioso. vbi poss. aliàs habebam, sed à pupillo & furioso habeo titu. sed quare secus in hoc tit. quàm in aliis, non video: cum vbique possit mutari causa poss. extrinseca accedente causa, vt no. C. de acqui. pos. l. cum nemo. vnde dic quod ratio quæ sequitur, optima est. s. quia ab alio medio tempore est possessa. s. à vero herede, vt supra eod. possessio. & s. tit. j. l. Pomp. §. quæsitum.*

l *Habet causam. Imo saltem vnus partis cuius volui in eũ transferre dominium. & transtuli: vnde est quod & condictio datur, vt. s. fami. ercif. l. cum putarem. & si non eram dominus, dedi causam vsuca. ex causa diuisionis, vt ex causa dati in solutu. vt. j. pro sol. si existimans. & pro suo. l. hominem. quæ sunt cõtra. Item diuisio obtinet vicem emptionis, vt. C. com. vtriusque iud. l. j. Respon. hic malam fidem habuisti. vel dic non vsucapio pro herede, sed pro diuisione vel transac. vel dic quod dedi tibi partem. s. pro indiuiso verbis. vnde de nulla parte volui in te transferre dominium. nec igitur causam vsucapiendi tibi dedi: quia tunc secus si tradidissem, vt. C. de vsuca. pro emp. l. ex causa.*

m *Idem dicimus. modo quãdo putabam te coheredem, & tu hoc credebas.*

n *Veri heredis. vel etiam extranei cuiuslibet: vt. s. titu. j. l. Pomponius. §. quæsitum.*

o *Tibi. vt pro herede vsucapere possis. Accursius.*

vsucapere, si tantum decem dies vel pauciores restabant ad vsucapionem complendam: licet definam possidere. sed si tale totũ nõ cohæret solo, sed erat per se mobile, vel erat totũ vniuersale: tunc etiam si plures dies restabant: nec possidere nec vsucapere desino. Paulus de Castro.

xxx. IDEM libro trigensimo ad Sabinum.

R *Erũ mixtura facta an vsucapionem cuiusque precedentem interrumpit, quæritur. Tria autem genera sunt corporum: vnum, quod continetur vno spiritu, & Græcè ἑνωμένον vocatur: vt homo, tignũ, lapis, & similia. Alterum, quod ex contingentibus, hoc est pluribus inter se cohærentibus constat: quod συνμυμένον vocatur: vt ædificiũ, nauis, armarium. Tertium, quod ex distantibus constat: vt corpora plura non soluta, sed vni nomini subiecta: veluti populũ, legio, grex. Primum genus [in] vsucapione quæstionem non habet: secundũ & tertium habet. Labeo libris epistularum ait: si is cui ad tegulorum vel columnarum vsucapionem decem dies superessent, in ædificium eas coniecisset: nihilominus eũ vsucapturũ si ædificiũ possidisset. Quid ergo in his quæ nõ quidem implicatur rebus soli, sed mobilia permanet, vt in annulo, gemma? in quo verum est &*

net idem grex: ea tamen ouis vsucapitur nisi sit furtiua: nam eam vsucapio totam. expone vt in glo. Accursius.

p *vsucapionem. inchoatam.*

q *Precedentem. i. cõceptam antequam res mixtæ sunt.*

r *Tria. alius exorditur quàm quærat.*

s *Spiritu vno. i. vna elementatione: siue compagine elementorũ non soluta: sed in partibus suis: non tamen inter se adinuicem cohærentia. Io. vt & ait Seneca: Omne quod vndique suis partibus circumscribitur, viuere vno spiritu dicitur.*

t *similia. & dicuntur species, vel indiuidua. & ad hoc. s. de rei vind. l. in rẽ. §. quod non idem. & in ista non cadit rerũ mixtura.*

u *Alterum. s. corpus.*

x *Vocatur. & hoc dicitur totum integrale.*

y *Ædificium. solo infixum. aliàs etiam per se posset vsucapi superficies: vt. s. de act. emp. l. granaria.*

z *Tertium. s. corpus.*

a *Non soluta. immo soluta vere sunt, sed non sunt soluta quo ad dispositionem patrisfam. & hoc dicitur vniuersitas.*

b *Non habet. cum semper in ea causa maneat, nisi ad secundũ vel tertium perueniat, secundum Io.*

c *Decem dies. secus si amplius tempus: vt. s. eod. l. eum qui. & de secundo genere hic dicit. itẽ facit. s. de fundo do. l. si fundũ. in fi.*

d *vsucapturum. immo statim eius fieri videtur: vt. s. de acquir. re. domi. l. adeo. §. cum in suo. sed dic cedit solo quo ad totale ædificium: vt & ibi dicitur.*

e *Annulo gemma. hoc est de tertio genere, eum vtrumque possideatur, in quo nunc respon.*

R *Erũ mixtura.] CA-*

S *Sape contingit quòd inchoata vsucapione alicuius rei, res illa alij iungitur vt fiat pars alterius. vnde quæritur an desinat possideri & vsucapi. ad quod respõdet à remotis: dicendo quòd tria sunt genera rerũ. vnũ quod est indiuiduum: vt homo, tignũ, & similia. aliud quod constat ex pluribus inter se cohærentibus: vt domus, nauis, & similia. aliud quod ex distantibus constat: vt populũ, grex. De primo non est quæstio si durat. nam bene vsucapitur. De secundo ponit exemplum. si cõpiti vsucapere columnã: tandem posui eam in aliquo ædificio: dicitur quòd aut restabant. x. dies vel minus ad vsuca. complendam: & tunc cõplebitur. aut plures: & tunc desino vsucapere. secus autẽ est in gema quam possidebam. & vsucapiebam. nã licet eam ponã in annulo: adhuc possessio eius & vsuca. procedit. idem de annulo. Tertio ponit exẽplũ. nã si gregẽ alienũ emã à nõ domino, vsucapio eum. nec sic vsucapitur grex vel singulæ res. nã re singulari vsucapta, amplius ea ab eodẽ vsucapi non potest. secus in grege. nam licet vsuceperim gregem, & postea adiciam aliam ouẽ: reman-*

Vide in hæc l. Alc. li. preter. 2. hoc ipso titu. Cæl. Rho. lib. 28. lect. ant. c. 23. & Hotom. c. 3. in Pãdect. i. vnitum.

i. cõnexũ.

Quidã emendãdũ putant Iabolenus, quia Labeo non scripserit epistolas. sed hoc qui sciri potest? regularũ.

Possideri.

† Barto. hic reputat istũ tex. sing. ad hoc quod licet interemptio possit. fionis nõ auferat vtilitatem titulo possidenti. l. iusto. §. & si possessionis. j. eo. tamen hoc procedit in titulo vero: secus autem est etiam in putatio. per istum tex. Bo log.

*** Sic Flor. Martinus V. golinus & Rogerius hũc textum mirẽ deprauarant.**

a Possideri immo videtur quod gemma non possideatur, cum pro ea re vindicari non detur contra sic tenentem: vt. s. ad exhib. l. gemma: sed distingue quid cuius ornandi causa ponatur: vt. s. de au. & argen. leg. l. et si non sint. §. perueniamus. quæ est similiter contra. Si autem hoc non appareat, tunc obtinet quod hic dicitur & potest legi cum temporaliter. nec ob. supra de au. & ar. leg. l. si vt habiliter. est enim illud quantum ad hoc, vt si legauerit quis gemmas: & aurum in quo sunt inclusa, cedat legato. vtrumque tamen per se possideretur, & separata intelliguntur, vt hic: & neutrum alteri cedit. & hoc etiam modo potest responderi ad. §. perueniamus.

b De tertio vero genere. scilicet de grege, non de populo.

c Singula res. quia nullo modo vsucapit grex secundum quosdam. tu dic secundum Io. quod vsucapitur, cum possideatur & vindicetur: vt supra de rei vindi. l. j. ij. & iij. quare enim si emi decem animalia quæ erant aliena, & sic gregem: vt infra de abig. l. fin. non vsucapit? quasi diceret, bene vsucapit. & quod hic dicitur, non sic capitur vt singula res: sic intellige, quia aliqua re singulari vsucapta, postea in ea nihil vsucapitur: secus in grege. nam eo vsucapto si adiciam aliam ouem remanet idem grex: vt supra de iudi. proponatur. & ea ouis vsucapitur. & sic in eo quod vsucapisti, procedit vsucapio. & quod infra dicit: non tamen vniuersi & c. subaudi, tantum.

& sic patet quod pluribus causis possidetur caput gregis, vt ouis pro emptore: & totus grex quo comprehenditur illa ouis, pro donato: vt & s. titu. j. l. iij. §. ex pluribus. Accursius.

d Cohærentes. ædificio vel armario: quia gregis quodlibet caput possidetur & vsucapitur: secus in domo: vt. s. eo. l. eum qui.

e Et si ea. nunc responder.

f Eius. gregis. Io.

g Emptum. à non domino. Accursius.

h Possessionis. rei immixtæ. Accursius.

i Ouis. fit mea per hoc.

k Causam. i. naturam quam habebant ante immixtionem, tenebunt etiam post immixtionem. Accursius.

l vsucapiantur. cum sint furtiua.

N Vnquam.] CASVS. Ponit regulam. Secundo dicit exemplum. & est regula, quod in vsucapionibus iuris error non prodest possessori. exemplum est, quod si emo à pupillo in initio absque auctore tutore per errorem, & tradidit mihi rem: licet postea ex interuallo interueniat auctoritas tutoris, non tamen vsucapio. [IN VSUCAPIONIBVS.] In vsucap. rerum mobilium continuum tempus exigitur. [SERVVS.] Seruus stans tanquam liber, nihil potest possidere sibi: nec dominus per eum possidet. si autem nomine alicuius acquirat rem, querit poss. ei cuius nomine quaesituit. [SISERVVS.] Si seruus meus vel filius quaesituit peculiari nomine aliquam rem: sicut acquiratur mihi possessio & etiam vsucapio ignorantia: ita eandem posses. teneo, & in vsuca. procedo etiam si furere incipiat. idem est in colono & in inquilino. [SISERVVS.] Possideo fundum vi, aut clam, aut precario, nunc efficior furiosus. adhuc eodem modo dicor possidere: si-

cur & curator furiosi potest experiri interdicto vt possidetis pro posses. quam ante furorem adquisiuit furiosus per se, vel quam adquisiuit post furorem per alium. [VACVM.] Defunctus cepit vsucapere rem. decessit. dicitur quod tempus quod transiuit post mortem defuncti, & ante aditam hereditatem, vel quod

continuum tempus numeratur. **q**

Postquam delij seruum fugitiuum possidere, nec sibi nec mihi possessionem acquirat: nisi eam adquireret nomine meo, & ego ratum haberem. Pau. de Castro.

Seruus licet in libertate moretur, nihil possidet: nec per eum alius. Atquin si nomine alicuius, dum in libertate moratur, nactus fuerit possessionem: acquirat ei cuius nomine nactus fuerit.

Furor superueniens ei per quem possideo: me possessione non priuat. Paulus de Castro.

Si seruus meus vel filius peculiari vel etiam meo nomine quid tenet, vt ego per eum ignorans possideam, vel etiam vsucapiam: si is furere coeperit, donec in eadem causa res fuerit, intelligendum est & possessionem apud me remanere: & vsucapionem procedere: sicuti per dormientes quoque eos idem nobis cõtingeret. Idemque in colono & inquilino, per quos possidemus, dicendum est.

Per furorẽ superuenientẽ iniusta possessio nõ fit iusta: nec ecõuerso iusta efficitur iniusta. Pau. de Cast.

C Si vi aut clam aut precario possessionem nactus quis, postea furere coeperit: & possessio & causa eadem durat de hoc quod precario furiosus habet: quemadmodum interdicto quoque vt possidetis, furiosi nomine recte experimur eius possessionis no-

o Longum tempus. sic. j. de solu. l. ceterum. Accursius.

p In vsucapionibus mobilium. idem in immobilium: vt. s. e. l. vsucapionem. & l. naturaliter. de his tñ magis erat dubium: quia citius acquiruntur. Itẽ quia vilis & abiecta est possessio rei mobilis: vt. s. tit. j. l. si re.

q Numeratur. olim annus: hodie triennium.

r Nihil possidet. nisi vt. s. tit. j. l. iij. §. si seruus. nam nullam comunio-

f Per eum. Oppo. nec ante decennium habet locum hic. §. quia tunc dominus per eum: nec post: quia tunc ipse possidet: nisi dicas nihil possidet ante decennium: nec per eum alius. l. post decennium.

D Alius. vt etiã dominus: quod accipe vt. d. §. si seruus. l. q. diu sit moratus in possessione libertatis: & q. paratus sit subire iudicium liberale. aliã fecit: quia adquiret possessionem domino: vt. j. eo. ti. l. j. §. per seruum. & facit. l. per eum. in fi. & s. eo. l. si is. §. si seruus.

u Adquiret. tanquam procurator: vt. s. tit. j. l. si me. §. fin.

x Possideam. nam ex causa peculiari ignorantibus nobis acquiratur possessio & vsucapio: vt supra titu. j. l. possessio. in princ. & l. j. §. per eum.

y vsucapiam. hoc ad peculiare respicit: vt. j. pro solu. l. ij.

z Res fuerit. i. non apprehensa per alium.

a Contingeret. nam licet tales non querant: vt. s. titu. j. l. j. §. furiosus. retinent tamen, vt hic. & j. proxi. §. & s. titu. j. si id quod. §. j. & l. si is qui. & fa. j. pro emp. l. qui fundum. in prin. & j. eo. l. iusto. §. eum. & s. de adqui. here. l. si quis alicui.

b Et possessio. nunc responder: & ita teneretur interdicto de precario: & quod vi aut clam: quemadmodum & c. q. d. sicut iusta non mutatur, sic nec iniusta. & facit. s. §. proxi.

c Experimur. i. nos curatores eius.

* Sic Floren. sed in meo manuscr. legitur factus non sit. vtraque lectio ferri potest, sed diuersa interpretatione.
† Concor. tex. in. c. a. postolica. extra de dona. & in. ca. dudum de dec. quod est verum quod ius est clarum non quando dubitatur probabiliter de eius intellectu: vt in. c. cũ dilectus extra de cõfuet.
* Idem & in immobilibus. Ideo non sit recte id videtur à Triboniano additum. apud Paulum ante erat cõtinuus annus.

transiuit post aditam hereditatem: & ante comprehensam pos. huius rei, prodest heredi ad complendam vsuc. [SISERVVS.] Defunctus vsucapiebat rem titulo pro emptore. itelus eius creditur defunctum possidisse ex causa donationis illam rem. dicitur quod non impeditur propter hoc vsucapio. Fran. Accursius.

m Prodest. hoc exemplum subiicit & j. eod. l. si fur. §. j. & infra pro emp. l. ij. §. si à pupillo. Sed contra infra. e. l. pe. §. j. & infra pro donato. l. si vir. Solu. vt no. s. de iur. & fac. igno. l. iuris ignorantia. & facit l. iuris ignorantia.

n Factus. aliã non. & tunc supple. nec aliquo tempore: vt bene iungatur, vel post & c. vel sit expositio superioris hic versus, vel post & c. q. d. non est factus auctor vt debuit: sed ex interuallo postea. aliã sine non: & tunc dic in initio scilicet tantum, non in ipso conetratu & eo perfecto: quod fieri debet: vt instituit. de aucto. tut. §. tutor & c. & supra de adqui. here. l. si quis mihi bona. §. iustum. Vel dic factus, sed perperam: vt. s. de aucto. tuto. l. j. in fin. & l. ij. & l. si conditionalis. & l. non multum.

UNED

a Per alium, vt per seruum vel filium: per quos vsucapio quæritur ignorantibus: vt. s. titu. j. l. iij. §. saltus. & l. quamuis. §. fina.

b Vacuum, quod fuit post mortem testatoris ante aditam hereditatem. Accursius.

c Aditam, animo.

d Hereditate, quæ non possidet: vt. j. si quis testat. l. i. j. §. Scæuola.

e Post aditam, ante apprehensam pos. vt supra titu. j. l. cum heredes. & sic dicitur vacuū, propter pos. quæ apud neminem est.

f Procedit, vt finiatur: vt & j. eo. l. cœptam. & s. eod. l. rerū mixtura. §. Labeo. & argu. s. titu. j. l. j. §. per seruum. & l. Pomponius. §. si is. non autem vt inchoetur: vt s. eo. l. sine. & est hic ratio: vt infra de reg. iur. l. omnis.

g Si defunctus emit, & per traditionem cepit à non domino.

h Capturum, titu. pro empto. argu. j. pro donato. l. fina. & etiā pro donato, si iustus sit error secundum Ioā. Sed quid si heredi fuit facta traditio? Respon. cum ex causa solutionis datur, & accipitur, nō nocet: arg. s. titu. ij. l. cū in corpus. Si verò vt contractus constitueretur, scilicet fiebat traditio, si alter intendens vendere, alter donatum accipere: tunc dissensus nocet. & facit infra eo. l. heres eius. Accursius.

S i fur.] **C A S V S.** Fur rem furtiuam à domino emit, & habuit eam pro derelicta, dicitur quod desinit esse furtiua: & possidet ea amodo pro suo. Secundo dicit: Possessor non credit sibi licere per leges vsucapere rem quam possidet: vt quia Iudæus nō credit sibi licere per leges vsucapere rem quā possidet, puta seruum Iudaicum, quem possidebat, dicitur quod hic error iuris nocet ei in vsuca. faciendā. Tertio dicit: Incertam partem fundi nemo potest possidere. & ponit exemplum. Franc.

i Possidere, non dicit vsucapere: quia sua est: vt. s. de rei vindi. l. hoc si res. nisi dicas contra eum qui haberet eam obligatam. & facit. j. l. proxi. §. quod vulgo. & j. de fur. l. quāuis. & j. de hered. instit. l. seruus alienus. §. qui fideicommissariam. Accursius.

k Possidet, in veritate.

l vsucapere, puta Iudæus possidet mancipium Iudaicum, qui nō putat se posse vsucapere, sicut nec Christianum.

m Erranti, cum putaret sibi non licere. s. vsucapere mancipium Iudaicum. & ad hoc. s. de leg. iij. l. j. in prin. & s. eo. l. nunquam. in prin. secus si in facto: vt. j. eo. l. iusto. §. filiusfamilias. quæ est contra. & s. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. & s. de adquir. her. l. si quis extraneus. §. sciendum. quæ sunt contra. & probatur hæc distinctio. j. pro emp. l. ij. §. si à pupillo. Itē ar. contra. s. de peti. here. l. sed & si lege. §. scire. vbi etiam qui in iure errat, est bonæ fidei. sed illud quo ad fructus, hoc quātū ad vsucapionem.

n Mera, vnde secus est de æquitate, secundū quosdam, hoc arg. non placet. & fallit. j. de iure do. l. si ego. §. j. in fi. Item nec quod dicit placet: vt. s. tit. j. l. iij. §. ij. & l. locus. vbi sunt exēpla huius. §. sed pars quæ durat ab hoc puncto vsque ad illud, licet nesciatur quota pars sit fundi, bene possidetur. nam distincta ab aliquo, quasi per se fundus est: aliās diceremus neminem in mundo possidere fundū vel agrum: cum nesciatur quota pars mundi sit fundus vel ager, siue quota pars huius regni. Accursius.

N on solum.] **C A S V S.** Si quis emit ancillam furtiuam bona fide, siue alio iusto titulo cœpit eam habere, & hæc ancilla concepit & peperit apud bonæ fidei possessorem: possessor vsucapiet partem eius. [Q V O D V V L G O.] Emi fundum à non domino sciens: & sic non possum vsucapere propter malam fidem.

† Sic Flo. & in plerisque libris, in vno tamen manu sc. defunt hæc verba, & incipiet. &c.

Incerta pars rei alicuius possideri nō potest: & qualiter sint illa verba intelligenda.

mine, quā ante furorē per se, vel post furorem per aliū^a nactus est.

In vsucapione cœpta complenda computatur tempus quo post mortem vsucapientis possessio sitit vacua vel ante aditam hereditatem vel post. Pau. de Cast.

Vacuū^b tempus, quod ante aditam^c hereditatem^d vel post aditam^e intercessit, ad vsucapionem heredi procedit.^f

Heres vsucapit titulo quem habebat defunctus: licet ipse credat de alio titulo quā re vera esset. Pau. de Cast.

Si defunctus emit,^g heres autē putat eū ex donationis causa possedisse: vsu cum capturum^h Iulianus ait.

Vitium furti purgatur si fur domini voluntate habere incipiat. Paulus. de Castro.

XXXII. POMPONIVS libro trigesimo secundo ad Sabinum.

S i fur rem furtiuam à domino emerit, & pro tradita habuerit: desinet eam pro furtiua possidereⁱ & incipiet pro suo possidere.

Qui putat se non posse vsucapere, cum possit, errando in iure: di-

nunc volo mutare qualitatem possidendi, volens possidere istum eundem fundum titulo pro herede, vel simili: & sic vsucapere: quæritur an possum? & dicitur quod si nulla causa interueniat, non possum mutare: & si aliqua causa extrinseca interueniat, possum mutare: vt si istum eundem fundum emi à vero domino, vel

citur malæ fidei, & non vsucapit. Paulus de Castro.

Si quis id quod possidet,^k non putat sibi per leges licere vsucapere: ^l dicendum est, etiam si erret non procedere tamen eius vsucapionem: vel quia non bona fide videatur possidere, vel quia in iure erranti^m non procedat vsucapio. Incertam partem possidere nemo potest: ideo si plures sint in fundo, qui ignorent quotam quifque partem possideat: neminem eorum meraⁿ subtilitate^x possidere Labeo scribit.

Quilibet bonæ fidei possessor cum titulo vsucapit partem ancillæ furtiuae, apud se conceptum & editum. Bartolus.

XXXIII. IULIANVS libro quadragenimo quarto Digestorum.

N on solū bonæ fidei emptores,^o sed & omnes qui possidēt^p ex ea causa^q quā vsucapio sequi solet,^r partū^f ancillæ^t furtiuae vsu suū faciūt. idque ratione iuris introductum arbitror. Nā ex qua causa^u quis ancillam vsucaperet, nisi lex duodecim tabularū vel Atinia^x obstaret: ex ea causa

C dere, præscribet fundum. [S I M I N I.] Dic primo in genere, secundo in specie. Si promiseras mihi fundum, & celsisti mihi eius possess. & in solum accepisti: cum fundus iste non fuerit tuus, præscribam. Vel aliter vt in glo. quæ incipit, videtur &c. [Q V I P I G N O R I.] Rem quandam vsucapiebam, eam tibi obligo, dicitur quod adhuc procedo in vsucap. donec hæc res sit penes creditorem, si autem creditor alij tradat hanc rem, & suo nomine, amodo interrumpitur vsucapio: perinde ac si deposuisses hanc rem vel commodassem, & depositarius hæc rem alij traderet suo nomine, nam & hoc casu interpellabitur vsucapio mea. Si autem hanc rem obligavi & non tradidi, in vsucapione procedam, etiam si creditor hanc rem alij tradiderit, cum possessionem non potuerit tradere: cum eam non habeat. [S I R E M T V A M.] Possidebam rem tuam, & bona fide: tandem obligavi eam tibi ignorantiam tuam esse. an procedā in vsucap. quæritur. & distinguitur, nam aut tradidi tibi, & tunc non procedam, aut non tradidi, sed simpliciter obligavi: & tunc procedo, & quæ sit ratio diuersitatis inter hos duos casus, dic vt in glo. [S I R E M P I G N O R I.] Rem quam possidebam bona fide, obligavi tibi, & tradidi postea seruus tuus subripuit eam tibi, dicitur quod non interrumpitur vsucapio mea. idem & si seruus meus tibi eam subripuit. & reddit rationem. idem si tu creditor concessisti mihi eam rem precario, & seruus meus eam à me subripuit, idem & si conduxeram eam rem à te, idem si eam conduxisti à te, & eam tecum habui precario simul. Fran.

o Emptores, ancillæ furtiuae.

p Possident, matres.

q Causa, id est titulo & bona fide.

r Solet, vt ex donatione vel quolibet alio titu. & dic, possident ancillam.

f Partum, nunc respondet.

t Ancilla, quam & si possident: sed non eod. tit. quo matrem: vt de his plene nō. s. de Publicia. l. si ego. §. partus. vbi titulo pro suo vsucapitur partus.

u Ex qua causa, vt titulo & bona fide. Accursius.

x Atinia, vt insti. de vsuca. §. furtiuae. & fa. infra pro emp. l. seruus domino.

ab eo quem credebam dominū, vel si à domino sim heres institutus, vel bonorum pos. eius accepi: incipiā pro herede possidere. Item si credam me heredē institutum à domino, & habeam iustam causam hoc credendi, in his enim casibus vel efficitur dominus, vel vsucapiā. Vltimo dicit de colono fundi, qui non potest sibi causam pos. mutare nulla extrinsecus accedente causa, cum nec pos. aliquā dicatur colonus habere. si autē causa extrinsecus interueniat, tunc incipiet possidere: veluti si mortuo domino fundi, emat istum fundum ab eo qui existimat se heredem domini, vel bonorum possessorē. hoc enim casu incipiet colonus possidere, p emptore. [S I D O M I N V S.] Existens in fundo meo vidi homines armatos, timens ne venirent ad me, fugi: non tamē venerunt ad fundum, dicitur q̄ possess. fundi amitto: & qui bona fide incipiet possidere, præscribet fundum. [S I M I N I.]

† Sed ex æquitate aliud dicendum. Martinus.

a *Eum emptorem, vel id est habentem alio titulo matrem.*
b *Quod vulgo respondetur. vt. C. de acquir. pos. l. cum nemo. vbi plene dixi.*
c *Verum est. id est sic per exemplum intelligenda est.*
d *Non possidere. vel detinere tantum: vt habeat locum quod de colono infra dicit. & j. pro herede. l. ij. & sic non usucapere, & dic cum titu. vel sine.*
e *Causa. per usucapionem.*
f *Probari posse. s. non directo, sed per exempla ducta in contrarium.*
g *Pro possessore. vt impediatur usucapio: non vt talis possessor directus perit. heredi. teneatur: vt. s. de peti. heredi. l. nec vllam. s. si quis sciens. quæ est contra.*
h *Mutasse. licet mutata sit: quia extrinseca causa superuenit: vt. s. titu. j. l. iij. §. illud.*
i *Eum dominum. ergo si habuit malam fidem, videtur mutare: & sic sunt hæc exempla, sed per obliquum. Accursius.*
k *Incipiet. qui ante pro possessore possidet.*
l *Fundum pro herede. scilicet titu. & etiam usucapit propter iustum errorem, licet non sit heres: vt. s. eo. l. Celsus.*
m *Habuerit. s. emptor malæ fidei. quod possidens mala fide non possit mutare causam nisi extrinseca adueniat: quanto magis &c.*
n *Recipienda sunt. vt non possit sibi mutare causam possessionis.*
o *Vllam possessionem. iustam vel iniustam civilem, sed naturalem sic, secundum quosdam. pro eis. j. pro herede. l. ij. §. j. & s. communi diui. l. communi diui. §. neque. Tu dic nullam, scilicet neque naturalem, neque civilem. & facit. j. de precario. l. certe. §. Iulianus. & l. proximi. in prin.*
p *Atque ita. quia scilicet vidit homines armatos.*
q *Vi deiectus videtur. vt amittat pos. & desinat usucapere: non verò vt habeat act. quod me. cau. vt. s. quod me. causa. l. metum. in prin. quæ est contra. nec habet locum vnde vi: vt infra de vi & vi arma. l. iij. §. si quis autem. quæ est contra. & ibi plene dices. Accursius.*
r *Usucapitur. vt & s. eo. l. sequitur. §. si tu.*
s *Ea. scilicet prædia.*
t *Que vi. ablatiua vel expulsiua, non compulsua: vt. C. quod me. cau. l. si vi.*
u *Iustam habeo. tit. pro soluto.*
x *Sed & is. videtur idem repetere: quare dic quod primo in genere, secundo exemplificatiue. vel primo de aliis: secundo specialiter de actione ex stipulatu, de qua erat dubium, cum esset stricti iuris. Vel primo erat debitum vere: secundo non, sed credebatur*

ex stipulatu deberi: vt. j. tit. j. l. j. Non autem dicas in aliquo quod peterem act. reali: quia tunc aut essem dominus, & non usucapere: vt. s. eo. l. sequitur. §. lana. aut tradens, & non ego: nec tunc usucapere: cum is vt meam, non vt suam tradat: vt. s. de codic. ob cau. l. iij. §. subtilius. aut neutrius, & tunc idem: quia qui non

transfert dominium, cum est dominus, nec causam usucapendi parat, cum non est dominus: licet illa regula fallat. j. pro emp. l. ij. §. si a furioso. & de hoc dic vt supra titu. j. l. Pomponius. §. si liber & §. si iussu. Item secundum hoc non est contra. s. eo. l. cum solus. nam & ibi agebatur rei vindicatione, seu petitione hereditatis, quæ est in rem: nec causam habebat a tradente: hic personaliter. quæquæ possit dici quod ibi non impeditur alia usucapio nisi pro herede. Alij dicunt quod ibi loquitur in causa lucratiua: hic in non lucratiua: quod non placet, quia & hic forte causa lucratiua erat: puta ex causa legati. alij quod ibi speciale. quod non placet.

Traditio facta ab eo qui conuenitur actione personali, præstat iustam causam usucapendi. Bartolus.

Si mihi Titius, a quo fundum petere volebam, possessione cesserit: usucapionem causam iustam habeo. Sed & is a quo ex stipulatu fundum petere volebam: cedendo mihi possessione, si soluendi causa id fecerit, eo ipso efficiet vt fundum longo tempore capiam.

Per creditorem cui res traditur debitor usucapit. quæ usucapio interrumpitur si per creditorem possessio in alium transferatur. Bartolus.

Qui pignori rem dat: usucapit quamdiu res apud creditorem est. si creditor eius possessionem alij tradiderit, interpellabitur usucapio. & quantum ad usucapionem attinet, similis est ei qui quid deposuit, vel commodauit: quos palam est desinere usucapere, si commodata vel deposita res alij tradita fuerit ab eo qui commodatum vel depositum accepit. Planè si creditor nuda conuentione hypothecam contraxerit, usucapere debitor perseuerabit.

Rei propriæ non consistit pignus: & si tali creditori traditur, usucapio interrumpitur, siue sit tradita vere, siue fide. Bartolus.

Si rem tuam cum bona fide possiderem, pignori tibi de, ignoranti tuam esse, desino usucapere: quia non intellegitur quis suæ rei pignus contrahere. at si nuda conuentione pignus con-

traheretur. & de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt. l. si fundus. §. quamquam. & de success. edi. l. j. §. vnusquisque. **f** *Contraxerit. & sic apud debitorem res stetit.*
g *Perseuerabit. etiam si creditor alij tradat: quia nec potest. s. creditor transferre poss. cum non habeat.*
h *Desino usucapere. quia & possidere.*
i *Contrahere. vt supra eo. l. ei a quo. & infra de regu. iur. l. neque pignus. & aperit hanc rationem: quia per te volui possidere, sicut per creditorem cui pignus tradidissem. sed pignus nullum, possessio ergo nulla retinetur: plane amittere possessionem potui: quod nolui. Accursius.*

Lata an. vrb. 424. secundum quosdam. Legis verò Iulie tempus certum & posterius est.

A quo. personaliter obligato.

Apud creditorem est. vt & s. eo. l. serui nomine. Accursius.

Tradiderit. scilicet suo nomine: vt transferat possess. in accipientem; puta vendendo: secus si suo creditori obliget, & etiam tradat.

Usucapio. scilicet debitoris.

Et quantum. non ergo quo ad alia: & sic non quo ad pos. ergo iste scilicet debitor nullo modo possidet, licet fingatur quo ad usucapionem: sed comodator vel deponens bene possidet. s. depositi. l. licet. §. rei. Accursius.

Similis. s. debitor.

Accipit. vt & s. eod. l. iij. §. quod si seruus. Sed contra. s. tit. j. l. qui vnuerfas. §. fina. Solu.

Et ratio huic est, quia pignus & dominium non concurrunt. not. Spec. in tit. de cessione act. §. i. vers. i. sed quid si cess. si. & vers. sed pone, habeo. & in tit. de loca. §. 6. vers. 45.

a Videbitur. Not. eandem rationem ad oppositos casus. & sic est ar. contra. C. de consti. pec. l. fin. sed dic quod hic non desino possidere: sed superiori casu sic. Item ibi licet non de iure: de facto tamen contractum est pignus. & facit supra de pignora. actio. l. si rem alienam.

b Non subuertit. vt & si pra titu. j. l. si de eo. in princip. & l. rem qua. & l. si rem. sed nōne incidit in vitium furti? Respō. vtique, q̄a hoc fieret etiam si esset dominus rei subtracta: vt institut. de oblig. ex de. §. hi qui. cur ergo non interpellatur vsucapio? Respon. quia iam erat cōcepta: & ideo non interpellatur ex posteriori facto.

c Desinat. Ergo possidet.

d Obtinebitur. s. vt vsucapio non interrumpatur: cū hic qualitercunque teneatur debitor. Accursius.

e Eius. scilicet debitoris.

f Possidet enim hoc casu. vt. §. de pign. act. l. si pignus. Accursius.

g Liceat. i. vt sit in possessione. nam si precario rogaret vt possideret, & postea conduceret, vel econtra: per vltimum tollitur primū: vt. §. de adquir. poss. l. si quis ante.

S I seruus.] CASVS. Seruus tuus non habens liberā peculij administrationem, vendidit mihi rem peculiare, & tradidit, credens de tua voluntate hoc facere: & etiam ego emptor credebam. dicitur quod statim rē possum vsucapere. vel potes aliter ponere casum vt in glos. Fran. Accur.

h Si seruus. habens liberam administrationem peculij: vel expressam domini voluntatem: aliā re vitiosa facta non procederet vsucap. vt. C. quod cum eo. l. si liberam. & infra de diuer. præscrip. l. in vsu. §. sed si ante. & dicas quod res non erat peculij: sed forte seruus emerat à non domino: alioquin si esset de peculio, statim fieret emptoris: vt. d. l. si liberam. vel dic quod non habet liberam sed credit cum voluntate domini facere: & emptor credit idem: & sic non incidit res in vitium furti. aliā contra: vt. j. de furt. interdum. §. cum autem.

S I homo.] CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo instituit me heredem, & Seio legauit vsufructu. serui. hic seruus postea subripitur. quæritur an possit vsucapi si aliquis emat eum à non domino: & distingue tria tempora. Primum ante apprehensam possess. serui per heredem vel fructuarium, & ante satisfationem à fructuario præstitam. & si hoc tempore subripiatur, non fit furtiuus, & vsucapi non poterit. Secundum tempus est postquam fructuarium satisfecit de custodia rei, & tunc si subripitur seruus, efficitur furtiuus, nec poterit vsucapi. & dic de hoc, vt in glos. Tertium tempus est postquam fructuarium apprehendit pos. serui naturalem & sic videtur habere ciuilem: & tunc si subripitur, efficitur furtiuus, & tam heres quàm fructuarium possunt agere furti. & sic seruus vsucapibilis non est. Franciscus.

i Si homo. seruus.

k Legatus erat. subaudi Titio.

l Non haberet. quia nunquam poss. habuit, vel quia non adiuit hereditatem: vel si adiuit, tamen non possedit, sed crimine expi. here. agere potest, vt infra de fur. l. hereditaria. & de crimi. expi.

here. l. ij. §. apparet. & §. de præscrip. ver. l. si gratuitam. §. fin.

m Agi potest. contra extraneum. secus si contra dominum, scilicet potest agi furti: vt supra eod. l. sequitur. §. si rem. sed vtunque istorum est falsum: nam domino subripiente, & extraneo opem præstante, agitur furti contra extraneum: & tamen res non est

furtiua. Item extraneo subripiente, & re mihi restituta desinit esse furtiua, & tamen furti actio durat: nec de hoc dubium est. dicas ergo verum quod Sabi. ait cū extraneus subripit, nec restituit. Azo.

n Quod sic accipiendum. vt possit agere furti fructuarium.

o vt. id est postquam. Accursius.

p Possit uti frui. sed quando potest? Respō. adita hereditate. & tūc cur magis agit quàm heres: nam & heredis interest ratione dominij? Respon. quod dicitur, vt possit, dictum fuit propter satisfationem de custodia rei & salute. nam antequam eam scilicet satisfationem præstet, frui non potest: vt supra de vsufr. leg. l. vxori. postea vero frui potest: & iam interest eius: & non solum ratione iuris, sed etiam custodiæ: quia

Quidā interpretatur insciente, id est sciencie. argu. legis Manilia.

† Bar. & etiā Bal. in. l. vitio C. de adqui. pos. & Alex. hic in apōst. ad Bar. re putat istum tex. singu. ad hoc quod vitia realia, vel quasi realia transeant ad quoscunque heredes, sed personalia, vt mala fides & similia non nisi in heredes vniuersales. qui tex tamē nihil ad hoc propositum facit. Bolo. cā causam.

xxxv. IULIANVS libro tertio ad Vrseium Ferocem.

S I homo.] cuius vsufructus legatus erat, ab herede nunquam possessus, subreptus fuisset: quæsitum est, quia heres furti actionem non haberet, an vsucapi possit. Sabinus respondit, nullam eius rei vsucapionem esse, cuius nomine furti agi posset: agere autem furti eum, qui frui deberet, posse. quod sic accipiendum est, vt fructuarium poterit uti frui. aliter enim homo in causa nō perduceretur. Sed si vtēti iam & fructi abductus homo fuerit: non solum ipse, sed etiam heres furti agere poterit.

xxxvi. GAIVS libro secundo Re-

rum cotidianarum siue aureorum.

P Otest pluribus modis accidere, vt quis rem alienam aliquo errore deceptus tanquam suam vendat fortē, aut donet, & ob id à bonæ fidei possessore res vsucapi possit: veluti si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse,

minij nudi: aliter ratione seruitutis: vt infra de fur. l. his casibus. Nec obstat quod non possedit: quia & hoc aliā contingit ratione iuris: vt infra de fur. l. si si qui rem. in princip. & quod in principio dixit, non habet: dic ratione pleni dominij.

q Aliter enim. i. nisi dies cesserit, & satisfeciderit.

r Causa. scilicet furti.

s Ipse. gratia naturalis poss.

t Poterit. vt & infra de fur. inter omnes. §. si seruus. & est ratio: quia per fructuarium possidentem naturaliter heres possidet, & ciuilit. sed hoc quomodo, cum sibi tantum naturaliter fructuarium possidet: Dic ergo satis esse quod non possidet ab aliquo, et si non à se: secus si à nemine: vt infra si quis testa. li. esse ius. fue. l. j. §. Scæuola. & infra de fur. l. hereditaria. fructuarium tamē quia sua interest ratione iuris & custodiæ, agit etiam si à nemine possidebatur cum sibi fuerit subrepta. & fa. infra de vi & vi arma. l. iij. §. pe. & §. de vsufr. l. si fur.

u Poterit. subaudi, apprehensa sua poss. ciuili. Si autē vsufructuarium nō apprehenderet suam naturalem, nec heres suam ciuilem, agere non possent: vt in principi. legis.

P Otest.] CASVS. Aliquando euenit quod quis credit rem suam, iusto errore ductus, & eam tanquam suam vendit vel donat, cum in veritate sit aliena. & sic bonæ fi. posses. eam vsucapiet: vt puta si heres rem defuncto commodatam vel depositam, credens hereditariam, eam vendit vel donat: vel si quis credens se heredem, cum non sit, hereditariam rem vendit vel si quis habens vsufructum ancillæ, credit partem eius esse